

FRANCISCI
Balduini Jurif-

consulti

COMMENTARIUS

DE IURISPRUDEN-
TIA MUCIANA.

Accessit rerum & uerborum præci-
puè memorabilium

INDEX.



Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio
ad decennium.

BASILEÆ, PER IO.
annem Oporinum.



Don Pedro de Ledesma



ILLVSTRISS. PRINC.
GVLIELMO DVCI IVLIAC.
Clu. Mont. Comiti March. &
Rauensp. Domino in
Rauenst.

FR. BALDVINVS.



vō dū in tuam, nobiliss.
Princeps, veterum Germanorū metropolim, aliquā
lurisprudentiæ quoq; Ro.
uelui coloniam deducere
instituis, in eaq; statuere
uis bonorum liberaliumq; studiorum sedem
arq; domicilium: audio, mulierum, quirerum
bonarum studiosi sunt, magnā esse, ut esse pro-
fecto debet, gratulationem. Ego uero hac fama
impulsus, qui & lurisprudentiam illam colo
multis iam annis, & eam, te auctore, ad Belgī
cæ quoq; nostræ fines, ijs quibus cincta septa q;
esse debet, disciplinis comitata propius aliquan-
do accedere, multis de causis opto: facio perlu-
benter, ut nostræ etiam gratulationis testifica-
tionem aliquā edam, præsertim ex hac Iuris-
prudentiæ schola nostra prolatam, quæ illo præ-
claritati instituti nūcio tam recreata est, quam

Francisci Baldui-


NI IVRIS CONSULTI

SCAEVOLAE,

SIVE

COMMENTARIUS DE

Iurisprudentia Muciana.



IC T V R V S de Muciorum,
qui & Scæuole appellantur,
iurisprudentia, longiorem
de eorum & nobilissima &
antiquissima familia oratio-
nem non instituam. Scæuo-
larum, uel, ut in lapidibus
Capitolinis scribitur, Scenu-

Iarum, cognomen uetustissimum quoque fuit.
Nam C. Mucio, qui ambustum coram Porsena
rege dextram retulit, postea Sæuolæ, à clade
dextræ manus, cognomen inditum fuisse, scri-
bit Liuius libro primo. Sic & Brutii sunt
Scæuæ, quod læua manu pro dextra uterentur:
ut & Valerij, Læuini.

Vt rem altius non repetam: Anno urbis
DLXXIIIL duobus fratribus, L. Manlio Acidino
Fuliano, Q. Fulvio Flacco Coss. Prætores fue-
runt duo quoque fratres Q. & P. Mucij, Q. F.
Scæuolæ. Rarum hoc & nouum eius anni fuit
exemplum, fratres germanos habentis & Con-
sules & Prætores. Velleius scribit, singulari
a exemplo

Vlpianus libro quadragesimo quartto ad Sabinum.

Quintus Mucius libro secundo Iuris ciuilis ita definit, argentum factum uas argenteum uideri esse.

Quorsum hęc Muciana definitio pertineret, Vlpianus libro uigesimo ad Sabinū exposuerat. Argento facto (inquit) legato, Q. Mucius ait, uasa argentea contineri: ueluti paropſidas, acetabula, trullas, pelues, & his similia: non tamen quae supellectilis sunt. cap. 19. §. 3. De auro arg. mun. Mirabar, cur uasa argentea Mucius negaret esse supellectilis, ac querebam quid ipse Vlpianus sentiret. Et ecce statim mihi occurrit Paus, qui ait, nullum uas argenteum fuisse supellectilis, secundum seculi seueritatem, nondum admittentis supellectilem argenteam. cap. 3. §. 1. De sup. leg. Eius ergo seueri seculi fuit Mucius.

Quid Iurisconsulti posteriores? Ipse Papinius, quod quærimus, respondet: Et argenteos (inquit) lectos, & argentea candelabra supellectili cedere, posterior ætas recepit: cum & Vlyssem ex auro & argento lectum uiuentis arboris truncis ædificatum ornasse, quem Penelopa recognoscendi uiri signum accepit, scribat Homerus. cap. 9. §. 1. De sup. lega. Fabulam Homericā non ualde nunc moror. Sed iubenter obseruo, quantum interfuerit in Romanis moribus inter antiqui seculi seueritatem, & posterioris ætatis delicias: quod quidem discriminem ipsius historiæ

I N D E X.

<p><i>do non amitti</i> 282 <i>seruus cōmuniſ quā ratione omnium eſſe poſſit</i> 243 <i>ſeruus pro parte aliquis, ex pro parte liber eſſe non potest</i> 239 <i>societatis conſideratio</i> 152. 153.154.155.156 <i>ſtatu liber quis</i> 223.224 <i>ſtipulationū cauſa non tam fauorabilis, quam ultimorum uoluntatum.</i> 213 <i>ſuſpicio turpis nō recipitur</i> 248</p>	<p style="text-align: center;">V</p> <p><i>Inuenēdo quēdam, etiamſ non dicantur, p̄eſtanda</i> 239 <i>uenditor dolum ex culpam p̄eſtare debet</i> 267 <i>uesticeps</i> 230 <i>uestimenta muliebria que.</i> 188 <i>uestimenta quēdam cōmu- nia</i> 188.189 <i>uia nō dicitur recipere par tem</i> 243 <i>uſucapio.</i> 289. 299.291.292 <i>uſurpatio quid</i> 284.285 <i>uſus rerum mobilium olim annuus erat</i> 285 <i>uxor ſocia diuinæ ex huma- næ domus</i> 70 <i>uxor in officio mariti eſſe debet</i> 248</p>
---	---

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA
 Ioannis Oporini, Anno ſalutis hu-
 manæ M. D. LVIII. Menſe
 Septembri.

